

andri, per ferrum, quod domat cetera metalla, imperium Romanorum, quod omnia regna^{o)} mundi subiugavit; per pedem terreum Pompeius, per pedem^{p)} ferreum Iullius; et quod lapis, id est Christus, excisus de monte, id est natus de virgine, sine manibus, id est sine virili semine, contrivit omnia imperia mundi; sed hoc non fecit Christus^{q)} per se ipsum; ego oportet, ut compleatur per suos successores, videlicet quod imperium romanum^{r)}, quod destruxit omnia alia imperia, subitatur dominio pape^{s)}, qui est Christi vicarius in terra³⁸⁾. Ultimo sic concluditur propositum tali ratione: de necessitate salutis est credere, quod declaratum est per ecclesiam vel per consilia tamquam pertinens ad fidem, Extra. de hereticis. capitulo *Ad*^{t)} *abolendam* in principio³⁷⁾, ubi papa Lutius excommunicat omnes, qui de credibilibus aliter credunt, quam sacrosancta mater ecclesia^{u)} romana predicat et observat; et probat eam «sententiam» Innocentius tertius, qui filii sint legitimi.^{x)} *Per venerabilem*³⁸⁾, auctoritate^{y)} Deut.³⁹⁾ ubi dicitur, qui sententiam summi sacerdotis sequi contempserit, morte moriatur. Sed ecclesia romana et consilium generale determinavit⁴⁰⁾, quod papa est superior imperatore, et quod imperator est homo lygius ecclesie et prestat ecclesie^{z)} fidelitatis sacramentum, et quod vacante imperio papa succedit in imperio, et quod papa transtulit imperium de Grecis ad Germanos, et quod papa est dominus temporalis et spiritualis et plura alia; ergo quicumque dicit contrarium asserendo et pertinaciter contendendo^{a)}, excommunicatus est^{b)} ut^{c)} hereticus, ut habetur Extra. *Unam sanctam*⁴¹⁾, et potest contra ipsum^{d)} procedi sicut contra hereticum^{e)}, supra capitulo CCCXLV. Nunc restat solvere et respondere^{f)} ad argumenta⁴²⁾.

cap. 574 Responsio ad quintum argumentum^{a)}.

Ad quintum^{b)} est dicendum, quod status papalis in persona Aaron¹⁾ precessit statum imperialem in persona Iulii Cesaris per II milia annorum^{c)} et plus. Quod autem Aaron fuerit verus papa, patet quod sic; et de hoc habetur questio disputata in cronica extravagante questione XXXV²⁾. Nec valet illa ratio nisi in his, quorum unum dependet ab altero in ordine causalitatis, quia³⁾ bene fuit prius^{d)} regnum Romanorum quam imperium; tamen

o) iura O p) om. O q) Christus non fecit tr. O r) romanum imperium tr. O s) pappe dominio tr. O t) om. A u) ecclesia] romana ecclesia del. O x) filii sint legitimi] simul AO y) om. O z) et prestat ecclesie om. O a) contendo A, tenendo O b) est excommunicatus tr. O c) et A d) ipsam O e) et hereticus add. A f) et respondere om. A

37) X. 5. 7. 9. 38) X. 4. 17. 13. 39) Dt. 17, 8 ff. 40) Vgl. GA cap. 426 f. 120r-v (= Ann. Mediol. cap. 85, Muratori¹ 16, 694) und MF cap. 354 (Muratori¹ 11, 724): Clemens V. und das Konzil von Vienne. 41) Extrav. Comm. 1. 8. 1. 42) CM cap. 571—573 = GA cap. 110.

cap. 574 a) Responsio — argumentum om. O b) argumentum add. O c) annos O d) prius fuit tr. O

1) Vgl. GA f. 129v—130r. 2) S. o. S. 118 Anm. 13. 3) Das Folgende ist eine Entstellung aus Hugo von St. Viktor, De sacram. 2, 2, 4, Migne PL 176, 418; danach bei Johannes von Paris, Tract. de pot. regia et papali cap. 5 (ed. Leclercq, 1942, S. 183), Aegidius Romanus, De eccl. pot. 1, 6 S. 18 ff., Jakob von Viterbo, De reg. christ. 2, 4 S. 197 f., 2, 7 S. 229 f. und Alexander a S. Elpidio, De eccl. pot. II 3 S. 16 f.